UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Coleta V. S. Godegrandus Epis. S. Bassa M. 6. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S.Coleta V.uti Chriſtum & Angelos familiariſſimos habuit, ita occulta plurima ex his accepit, quibus mortalibus prodeſſet. S Euchariſtiam ardentiſſimè dilexit, & de manu eiuſdẽ qui ei ineſt aliquando recepit. Hinc illi animus & fortitudo maior quam virilis, ad aſpera pro Chriſto tolerãda obuenit, ad quẽ demũ A. 1447. peruen.

2. B. Godegrandus epiſ Metẽſis ex Illuſtriſ. familia Lotharingiæ ortus Illuſtriorẽ vitã diuina gratia effecit, cũ qua miſericordiæ aliarumque virtutũ exercitijs addictus; ita iuxta Pauli Apoſtoli exhortationẽ laborauit, vt omnibus omnia factus, eum, qui omnia in omnibus eſſe decreuit, æternũ meruerit poſſidere A 775.

3. B. Baſſa vna cum Claudiano Marito ſuo pro Chriſti nomine carceribus mancipata, multiſque tormentis diaboli tentata, in ipſo carcere palmam accepit.

S. Coleta V. S. Godegrandus Epiſ. S. Baſſa M. 6 Mart.

Studium bonorum operum.

Gaudebis ſemper veſpere ſi diem expendas fructuoſe. *Th.* à Kempis.

Suſcipe Domine preces noſtras, quas in *B.* Coletæ V. tuæ B Godegrā-di Epiſ S. Baſſæ M. tuæ) ſolemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dom. n. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Religioſis, &c